



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCLXI. Kaiser Ludwig befiehlt dem Markgrafen von Meißen, die
Landgrafschaft Thüringen, welche dieser dem Landgrafen von Hessen
zuzuwenden beabsichtigt, dem Markgrafen Ludewig von Brandenburg zu

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

vns widir gebin vnd antwortin mit allim rechte, als wir iz in geligen haben vor die vor gnantin vier hundert schog, ane argelist. Wer ouch, daz wir daz vor gnante hus nicht widir zu vns brechtin, odir brengin woldin in den vorgnantin vier Jarn, so sal es ir vnd irre erbin rechte Lehin sin; wer ouch daz sie vf daz vor gnante huz zu vrouwinstein icht buwin woldin, daz sullen sie tvn nach rate vnd nach lere Cweier vndir getruwin man, die wir dazü schicken, waz sie mit den bewisin mügin, daz sul wir in ab richtin glichir wise, als daz vor gnande geld; daz vorgnante gelt sulle auch bezalin in irrin vestin zu deme Hartinsteen, odir zü Leznicz; wo sie abbir es nemen woldin in vnsin vestin, da sulle wir iz hin geleithin. Ouch sol daz vorgnante hüs zu vrowinsteen vndir offin huz sin die vorgnantin vier Jar widir allir menlichin, der vns widir sin wolde, glichir wise als daz hüs in vnsis selbis hant were. Wer ouch, dez got nicht in wolle, daz wir abgingen in den vorgnanten vier Jarn ane erbin, so sullen sie daz vor gnante hüs vrouwinstein vor vier hundert schog vnd vor daz Buwe gelt, daz die Czwene sprechin, die wir dazü schickit habin, als vor ist geschribin, widir gebin vnsim omen Henrichin voite von plauwin Ruzse gnant, die wile er an vnsim phlegenissee ist, czu getrewir hant vndirs Swagirs, margreuen Ludewigen von brandinburch; wer abbir, daz er von vnsim phlegenissee kvveme, so sullen sie is antwortin vnsim vorgnantin swagir von brandinburch, odir an wen wir sie wisin mit Redilichir Kundtschaft. Czv eime Orkunde dirre vor geschribin Dinge habe wir disin brief heisin gebin, da an gehangin ist vnse Ingesigele, der gegebbin ist Czv Rochelicz, als man czahlthe von gotis geburt driczenhundert Jar, an deme neistin dinstage vor palmen, In dem Nvn vnd Czwenczigistin Jare da nach. Des sin ge Czvge: der Ruze von plauwin, Her Otte von Kothewicz, her groze von zcüweezin, der von Cvn-gisfelt vnd her arenold von Herswelde, Her Friderich von Honsberge vnd andir frvmmir lüte vil.

Original im K. S. Staats-Archiv in Dresden. Abdruck in Traugott Märker, Dipl. kritische Beiträge zur Geschichte und dem Staatsrechte von Sachsen Band I, Seite 450 — 451. Nr. 51.

DCLXI. Kaiser Ludwig befehlt dem Markgrafen von Meissen, die Landgraffschaft Thüringen, welche dieser dem Landgrafen von Hessen zuzuwenden beabsichtigt, dem Markgrafen Ludewig von Brandenburg zu unterwerfen, am 23. Juni 1329.

Lvdovicus, Dei gratia Romanorum imperator, semper Augustus, Illustri Friderico, marchioni Misnensi, principi ac genero suo karissimo, gratiam suam et omne bonum. Licet super specula proni simus, ad regendum vniuersum mundum, et ad reddendum ius suum unicuique, prout ex professione utriusque iuris tam diuini, quam humani, nos recognoscimus regulatos; Ex eodem tamen ordine principaliter nostris heredibus in suis factis et iuribus consulere debemus, et indempnitatibus eorum cuilibet salubriter precauere.

Intelleximus siquidem, quod tu cum illustri Heinrico, Lantgrauio Hassie, principe ac sororio nostro et imperii fidei dilecto, tractatus quosdam speciales habeas de subijciendo tibi Lantgraviatum Thuringie per fidelium eiusdem principatus omagia, et sue fidelitatis sacramenta. Cum id itaque in preiudicium et manifestum grauamen, dispendium et iacturam illustris Ludovici, marchionis Brandenburgensis, principis ac nati nostri karissimi, apperte uergere dinoscatur, ideo sinceritati tue presentibus iniungimus et mandamus, et inhibendo precipimus et uetamus, Quatenus predictum Landgraviatum Thuringie, nec sororio nostro, landgrauio Hassie, nec alicui alteri quam predicto Ludowico, filio nostro, marchioni Brandenburgensi, sororio tuo, subiicias quoquo modo. Volumus enim, quod liga, que inter te et eundem sororium, filium nostrum, de Marchionatu Brandenburgensi et Marchionatu Misenensi facta est, et per nos confirmata, ad Landgraviatum Thuringie sub eisdem punctis et nexibus effectualiter extendatur, et quod de eo, sicut et de aliis tuis terris et principatibus, iidem uestri tractatus plenarie intelligantur. Datum Papie, XXIII. die Junii, anno Domini millesimo trecentesimo uicesimo nono, regni nostri anno etc. quinto decimo, imperii uero secundo.

DCLXII. Kaiser Ludwig beleiht seinen Sohn den Markgrafen Ludwig von Brandenburg mit der Mark Landsberg und der Stadt Sangershausen, welche er mit allem Zubehör der Mark Brandenburg incorporirt, am 11. August. 1329.

Ludouicus, dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Illustri Ludowico Marchioni Brandenburgensi, Archicamerario sacri imperii, Primogenito nostro dilecto, gratiam suam et omne bonum. Amor naturalis et probitatis tue merita maiestatem nostram excitant, ut te, qui columpna principalis sacri imperii de Marchionatu Brandenburgensi fieri meruisti, prerogatiuis et gratiis specialibus honoremus. Ea propter maiestati nostre*) oblata tua petitio continebat, quod Marchionatus Landesbergensis cum omnibus iuribus, membris et pertinentiis ipsius, spiritualibus et temporalibus, corporalibus et incorporalibus, nec non cum ciuitate et castro Sangerhufen et aliis ciuitatibus, castris, villis et uasallis, ad eundem Marchionatum acquisitis et comparatis, olim ad Marchiam Brandenburgensem pertinuit, sicut felicitis memorie Illustres Henricus et sui fratres, quondam Marchiones Brandenburgenses, ipsum Marchionatum Landesbergensem cum predictis tenerunt et corporaliter possederunt. Nunc uero quia tibi Marchiam Brandenburgensem cum integritate omnium iurium suorum, sicut eam Antecessores tui Marchiones Brandenburgenses quondam tenerunt et possederunt, ad nos et sacrum imperium per mortem dictorum Marchionum libere deuolutam, tytulo contulimus pheodali, supplicas, ut dictam Marchiam Landesbergensem cum ciuitate et castro Sangerhufen, nec non cum aliis ac-

*) Original zweimal nostre.